# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 46.
Pages 1820-1842.

## Hystoria Job.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXI.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, 45 Mercer Street, Dundas, Ontario, Canada L9H 2N8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through.pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published January, 2011.
Revised October 2011.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut gregorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2011.

# *Historia* Si bona.

¶ *Littera dominicalis* 𝕬. *Tertio nonas Septembris tota cantetur hystoria, feria iiij. et v. fient commemorationes :* ℟. *feriale non dicitur.*

*In ij. hebdomade nulle fiant commemorationes propter octavas nativitatis beate Marie que sunt cum regimine chori.*

¶ *Littera dominicalis* 𝕭. *Secundo nonas Septembris tota cantetur hystoria et memoria tantum de sancto Cuthberto si fuerit cum tribus lectionibus tamen si fuerit cum ix. lectionibus differatur in crastinum : et tunc ibidem fient tres medie lectiones de sancto Bertino cum versiculis et responsoriis de ij. nocturno hystorie unius confessoris et abbatis : cum memoria ad matutinas cum hac antiphona* Iste est qui ante. *et in tertia feria et in quarta fient commemorationes* ℟. *feriale non dicitur.*

*In secunda*[1] *ebdomada sabbato fiat commemoratio beate Marie, et memoria de sancto Lamberto : et nichil de festo loci in hac ebdomada.*

¶ *Littera dominicalis* 𝕮. *Quarto kalendas Septembris inchoetur hystoria cum memoria sub silentio tantum : et de Trinitate, nulla vero fiat processio ante crucem : et solennis memoria de sancto Johanne et de sancta Sabina : et missa de sancta Sabina in capitulo dicitur. Et feria v. et vj. fiant commemorationes, et missa dominicalis dicitur in festo sancte Cuthberge virginis non martyris pro magna missa diei, et memoria tantum de ea ad missam. Tamen si translatio sancti Cuthberti episcopi et confessoris in xl. celebrata fuerit : tunc fiet commemoratio feria v. et sabbato et missa dominicalis in vj. feria cum* ℣. *et* ℟. *de j. nocturno hystorie dominicalis :*

*Et sequenti dominica tota cantetur hystoria, et memoria tantum de sancto Bertino : et feria ij. et iij. fiant commemorationes.* ℟. *feriale non dicatur.*

¶ *Littera dominicalis* 𝕯. *Tertio kalendas Septembris inchoetur hystoria cum memoria propter secundas vesperas de sancto Johanne et fiant medis lectiones de sancto Felice et Adaucto : et feria v. et sabbato fient commemorationes, et in sequente dominica tota cantetur hystoria, et feria ij. proxima sequente fiat commemoratio beate Marie.* ℟. *feriale non dicitur.*

¶ *Littera dominicalis* 𝕰. *ij. kalendas Septembris tota cantetur hystoria, et memoria tantum de sancta Cuthburga : et in tertia feria et sabbato fiant commemorationes et in iiij. feria* ℟. *feriale dicitur.*

*In ij. ebdomada nulle fient commemorationes propter octavas nativitatis beate Marie.*

¶ *Littera dominicalis* 𝕱. *Kalendis Septembris tota cantetur hystoria et memoria fiat de*

*sancto Prisco martyre et festum sancti Egidii differatur in crastinum cum expositione evangelii* Nemo accéndit lucérnam. *et feria iij. et sabbato fiant commemorationes, et viij. idus Septembris dicitur ℟. feriale.*

❡ *Littera dominicalis* 𝕲. *Quarto nonas Septembris in dominica tota cantetur hystoria et feria ij. et v. fient commemoratione. ℟. feriale in vj. feria dicitur.*

*In ij. ebdomada nulle fient commemorationes propter octavas nativitatis beate Marie.*

# [Regula de hystoria *Si bona.*][2]

𝔄. 6. ℭ *Si bona.* Littera dominicalis 𝔄. iij. die Septembris tota cantetur hystoria. In laudibus omnes antiphone dicuntur.

Feria 2. de S. Cuthberto, ix. lectiones fiant sicut in alio festo nisi facte fuerint in xl. tunc hic 3. lectiones de communi.

Feria 3. 4. et 5. de commemorationibus : et ℟. ferialia pretermittantur.

ℭ Dominica 2. de servitio octavarum [nativitatis B. Marie].[3] Ad 1. vesperas memoria de dominica, de Trinitate et processio. In redeundo ant. *Salvátor.* Missa dominicalis dicitur in capitulo. Ad matutinas 3. ℟. *Regáli.* 6. ℟. *Natívitas.* 9. ℟. *Ad nutum.* Ad 2. vesperas memoria de martyribus [Protho et Jacincto],[4] deinde de dominica.

Sabbato de S. Editha, ix. lectionum, medie lectiones de martyribus [Eufemia &c.][5] cum ℣. et ℟. de iij. nocturno.

𝔅. 6. ℭ Littera dominicalis 𝔅. 2. nonas Septembris tota cantetur hystoria *Si bona.* et memoria tantum de S. Cuthberto episcopo. In laudibus omnes antiphone dicuntur tamen quando festum S. Cuthberti in xl. celebratum non fuerit, tunc differatur in 2. feriam et fiant medie lectiones de S. Bertino cum ℣. et ℟. 2. nocturni unius confessoris et abbatis.

Feria 2. 3. et 4. de commemorationibus tamen quando festum S. Cuthberti
[189r.] differatur, tunc in hac ebdomade nihil fiat de 3. commemoratione.

ℭ Dominica 2. de servitio octavarum. Ad 1. vesperas memoria de martyribus [Proto et Jacincto],[6] de dominica, de Trinitate et processio. In redeundo ant. *Salvátor.* ℣. *Exúltent justi.* Ad matutinas 3. ℟. *Natívitas.* 6. ℟. *Glorióse.* 9. ℟. *Ad nutum.* Missa dominicalis dicitur in capitulo cum memoria de Trinitate. Ad altam missam memoria de martyribus [Proto et Jacincto][7] et de omnibus sanctis tantum.

Feria 4. de cruce, medie lectiones de martyribus [Cornelio et Cypriano][8] cum ℣. et ℟. de 2. nocturno plurimorum martyrum. Ad matutinas de S. Maria extra chorum ℟. de 3. nocturno, 3. ℟. *Glorióse.* ant. super psalmum Benedictus secundum ordinem. Ad vesperas solennis memoria de octava [nativitatis B. Marie][9] et de martyre [Nichomede].[10]

Feria 6. de S. Editha, 9. lectionum : medie lectiones de martyribus [Eufemia &c.][11] cum ℣. [et][12] ℟. de 3. nocturno. 2. vespere erunt de festo et memoria de S. Maria, ant. *Sub tuam.* et memoria de martyribus [Eufemia &c.].[13]

¶ Nota quod lectiones et sequentie dicuntur eodem ordine sicut ante octavas.

C. 6. ¶ *Si bona.* Littera dominicalis C. 4. kalendas Septembris inchoetur hystoria ad 1. vesperas que erunt de S. Augustino cum memoria de dominica, de Trinitate sub silentio et postea memoria de S. Johanne, de S. Sabina solenniter. Ad matutinas que erunt de S. Johanne memoria de S. Sabina, de dominica et de Trinitate.[14] Missa dominicalis dicitur in capitulo in 3. Feria.

Feria 4. de S. Egidio, et medie lectiones de S. Prisco, cum ℣. et ℟. de 2. nocturno unius martyris.

Feria 5. 6. et sabbato de commemorationibus. Tamen quando festum S. Cuthberti cum ix. lectionibus celebratur tunc in 3. feria, 5. et 6. de commemorationibus.

¶ Dominica 2. tota cantetur hystoria, et tantum memoria de S. Bertino.

Feria 2. et 3. de commemorationibus et nichil de vigilia [nativitatis B. Marie][15] nisi jejunium tantum. Ad vesperas oratio *Supplicatiónem.*

D. 6. ¶ *Si bona.* Littera Dominicalis D. 3. kalendas Septembris inchoetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de S. Johanne memoria de martyre [Sabina],[16] de dominica et de Trinitate et processio. Ad matutinas medie lectiones de martyribus [Felice et Adaucto].[17] In laudibus omnes antiphone.

Feria 3. de S. Egidio, medie lectiones de sancto [Prisco][18] cum ℣. et ℟. de 2. nocturno unius martyris.

Feria 4. 5. et sabbato de commemorationibus.

Feria 6. de S. Cuthberto, 9. lectiones nisi facte fuerint in xl. tunc fiant hic 3. lectiones de communi unius confessoris et pontificis.

¶ Dominica 2. tota cantetur hystoria, vespere erunt de S. Maria et memoria de dominica.

Feria 2. de S. Maria, et nichil de vigilia [nativitatis B. Marie][19] nisi jejunium tantum. Oratio ad vesperas *Supplicatiónem.*

E. 6. ¶ *Si bona.* Littera dominicalis E. Ultimo die Augusti tota cantetur hystoria et memoria tantum de festo [S. Cuthburge].[20] In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. de S. Egidio, et medie lectiones de S. Prisco cum ℣. et ℟. de 2. nocturno unius martyris.

Feria 3. 4. et sabbato de commemorationibus. Quando festum S. Cuthberti celebratur cum 3. lectionibus tunc in festo S. Bertini dicuntur ℣. et ℟. de 1. nocturno unius confessoris et abbatis.

℄ Dominica 2. de dominica. Ad 2. vesperas que erunt de S. Maria memoria de dominica sub silentio.

F. 6. ℄ *Si bona.* Littera Dominicalis F. Primo die Septembris tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas que erunt de dominica, memoria de S. Prisco, de Trinitate et processio. Ad matutinas tantum memoria de S. Prisco et de Trinitate. In laudibus omnes antiphone dicuntur. Festum S. Egidii differatur in crastinum.

Feria 3. 6. et sabbato de commemorationibus.

Feria 4. de S. Cuthberto, 9. lectiones de alio festo nisi fuerint facte in xl. tunc fiant 3. lectiones de communi.

Feria 5. de S. Bertino cum ℣. et ℟. de 1. nocturno unius confessoris et abbatis.

℄ Dominica 2. de nativitate beate Marie, memoria de dominica et de Trinitate sub silentio nisi aliqua dominica debeat differri, tunc nulla memoria de dominica nec de Trinitate fiat. Missa dominicalis dicitur in capitulo in 4. feria nisi aliqua dominica debeat differri.

Sabbato de cruce, medie lectiones de martyribus [Cornelio et Cypriano],[21] ℣. et ℟. de 2. nocturno.

G. 6. ℄ *Si bona.* Littera dominicalis G. 2. die Septembris tota cantetur hystoria. Ad 1. vesperas memoria de sancto [Egidio],[22] de Trinitate et processio. In laudibus omnes antiphone.

Feria 2. 5. et 6. de commemorationibus.

Feria 3. de S. Cuthberto, 9. lectiones nisi facte fuerint in xl. tunc fiant 3. lectiones de communi.

Feria 4. de sancto [Bertino][23] cum ℣. et ℟. de 1. nocturno unius confessoris et abbatis.

Sabbato de S. Maria. Ad 2. vesperas memoria de dominica et de Trinitate sub silentio, [et][24] nichil ad has vesperas [ut supra][25] de sancto [Gorgonio].[26]

℄ Dominica 2. de servitio octavarum. Ad matutinas memoria de sancto [Gorgonio],[27] de dominica et de Trinitate, cum missa dominicali in capitulo nisi aliqua dominica debeat differri, tunc nulla fiat memoria de dominica nec de Trinitate.

Feria 6. de S. cruce. Ad matutinas medie lectiones de martyribus [Cornelio et Cypriano],[28] cum ℣. et ℟. 2. nocturni plurimorum martyrum et memoria de martyribus et de sancta Maria solenniter cum ant. *Dignum namque.* Ad matutinas de S. Maria extra chorum ant. super psalmum Benedietus *Benedícta et venerábilis.*

# ¶ *Dominica j. post quinto kalendas Septembris.*

## *Ad primas vesperas.*

*Ant.* Benedíctus. [350].
*Ps.* Ipsum. (*cxliij.* [350].)
*Capitulum.* Benedíctus Deus. [355].
℟. Antequam. [*ij. de matutinas.*][29] 1828.
*Hymnus.* O lux beata Trínitas. [357].
℣. Vespertína orátio. [357].

AS:312; 1520:32v; 1531:189r.[30]

Ant. I.i. 1980.



AS:312; 1520:32v; 1531:189r.

3263. Ant. I.i.



IN ómni-bus * hi- is non peccá-vit Job lá-bi- is



su- is, neque stul-tum quid contra De-um lo-cú-tus est.



*Ps.* Magníficat. 46*.

*In mense Septembris recitabuntur singulis annis he tres hystorie scilicet* Si bona. Peto Dómine. *et* Adonáy.

*Hystoria* Si bona. *semper per xv. dies durat.*

*Hystoria* Adonáy. *per octo semper durat.*

*Hystoria vero* Peto Dómine. *singulis annis non xv. dies nec octo, sed aliquando xv. durat, aliquando octo dies. Quando vero littera dominicalis currit per* C. *vel per* D. *tunc hystoria* Peto Dómine. *semper durat per xv. dies : per ceteras vero litteras dominicales per octo dies durat.*

## *Ad matutinas.*

AS:312; 1520:33r; 1531:189r.

100182. Invit. I.



LAudémus * no-men Dó-mi-ni quó- ni- am su- á-



vis est. †In hym-nis confi-té- mi-ni il- li qui- a ip-se



est Dó-mi-nus De- us nos- ter. *Ps.* Ve-ní-te. 3*.

*Hoc invitatorium dicitur omnibus dominicis diebus usque ad primam dominicam post xv.*[31] *kalendas Octobris quando de dominica agitur.*

*Hac die incipiatur liber Job, et legatur per xv. dies quando de temporali agitur.*

*Lectio prima. Legenda* 1. *Job j.* (: 1.)

VIr erat in terra Hus nómine Job. Et erat vir ille simplex et rectus ac timens Deum : et recédens a malo. Natíque sunt ei septem filii : et tres filie. Et fuit posséssio ejus septem mília óvium : et tria mília camelórum, quingénta quoque juga boum et quingénte ásine : ac família multa nimis. Erátque vir ille magnus inter omnes orientáles. Tu autem.

AS:312; 1520:33r; 1531:189r.[32]

1. Resp. II.

 7647.

SI bo-na * suscé- pimus de ma-nu Dómi- ni :



ma-la au- tem qua-re non sus- ci-pi- á- mus ? †Dómi-



nus de-dit Dómi-nus ábstu-lit : si-cut Dómi-no plá-cu- it



i-ta factum est, sit nomen Dó-mi-ni be-ne- díc- tum.

7647a.




*Lectio secunda.* (*Job j.* : 4.)

[189v.] ET ibant filii ejus et faciébant convívium per domos : unusquísque in die suo. Et mitténtes vocábant tres soróres suas : ut coméderent et bíberent cum eis. Cumque in orbem transíssent dies convívii, mittébat ad eos Job et sanctificábat illos : consurgénsque dilúculo offerébat holocáusta per síngulos. Dicébat enim, Ne forte peccáverint filii mei : et benedíxerint Deo in córdibus suis. Sic faciébat Job cunctis diébus.

AS:313; 1520:33v; 1531:189v.[33]

6106. 2. Resp. VII.





ve-ré-bar ác- ci- dit. †Nonne dissimu- lá- vi, non-



ne sí-lu-i et jam qui-é- vi. ‡Et ve- nit su-per



me indigná- ti-o tu-a Dó- mi- ne.



℣. No- lo multa forti-tú-di-ne conténdat me-cum, ne 6106a.



magni- tú-di-nis su-e mo-le me pre-mat, e- qui-tá-tem



propó- nat con- tra me. †Nonne.

℄ *Ad primas vesperas dicitur.*



℣. Gló- ri- a. XX. ‡Et ve- nit.

*Lectio iij.* (*Job j.* : 6.)

QUadam autem die cum venísent filii Dei ut assísterent coram Dómino : áffuit étiam inter eos Sathan. Cui dixit Dóminus, Unde

venis ? Qui respóndens ait, Circúivi terram : et perambulávi eam. Dixítque Dóminus ad eum, Nunquid considerásti servum meum Job quod non sit símilis ei in terra homo simplex et rectus ac timens Deum, et recédens a malo ? Cui respóndens Sathan ait, Nunquid Job frustra timet Deum ? Nonne tu vallásti eum ac domum ejus per circúitum ? Opéribus mánuum ejus benedixísti : et posséssio ejus crevit in terra. Sed exténde páululum manum tuam, et tange cuncta que póssidet : nisi in fáciem benedíxerit tibi.

AS:313; 1520:33v; 1531:189v.



## ℭ *In ij. nocturno.*

*Ant.* Natúre génitor. [29].
*Ps.* Consérva. (*xv.* [29].)
℣. Média nocte surgébam. [36].

*Lectio iiij. Legenda* 2. (*Job j.* : 12.)

Dixit ergo Dóminus ad Sathan, Ecce univérsa que habet in manu tua sunt : tantum in eum ne exténdas manum tuam. Egressúsque est Sathan a fácie Dómini. Cum autem quadam die fílii et fílie ejus coméderent et bíberent vinum in domo fratris sui primogéniti, núncius venit ad Job qui díceret, Boves arábant, et ásine pascebántur juxta eos : et irruérunt Sábei tulerúntque ómnia, et púeros percussérunt gládio : et evási ego solus ut nunciárem tibi. Cumque adhuc ille loquerétur : venit álius, et dixit, Ignis Dei cécidit de celo, et tactas oves puerósque consúmpsit : et effúgi ego solus ut nunciárem tibi.

AS:314; 1520:34r; 1531:189v.[34]

4. Resp. I.




7463.




7463a.







*Lectio v.* (*Job j.* : 17.)

VEnit álius núncius ad Job : et dixit ei, Cáldei fecérunt tres turmas, et invasérunt camélos et tulérunt eos, necnon et púeros percussérunt gládio : et effúgi ego solus ut nunciárem tibi. Adhuc loquebátur ille : et ecce álius intrávit et dixit, Fíliis tuis et filiábus vescéntibus et bibéntibus vinum in domo fratris sui primogéniti : repénte ventus véhemens írruit a regióne desérti, et concússit quátuor ángulos domus, que córruens oppréssit líberos tuos et mórtui sunt, et effúgi ego solus ut nunciárem tibi. Tu autem.

AS:314; 1520:34r; 1531:189v.

6956. 5. Resp. VIII.












6956a.







*Lectio sexta.* (*Job j.* : 20.)

TUnc surréxit Job et scidit vestiménta sua, et tonso cápite córruens in terram adorávit et dixit, Nudus egréssus sum de útero matris mee : et nudus revértar illuc. Dóminus dedit, Dóminus ábstulit : sicut Dómino plácuit ita factum est : sit nomen Dómini benedíctum. In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis : neque stultum quid contra Deum locútus est. Factum est autem cum quadam die venı́ssent fílii Dei, et starent coram Dómino, venísset quoque inter eos Sathan et staret in conspéctu ejus : ut díceret Dóminus ad Sathan, Unde venis ? Qui respóndens ait, Circúivi terram : et perambulávi eam.

AS:315; 1520:34v; 1531:189v.[35]

6. Resp. VI.

7367.






## ℭ *In iij. nocturno.*

*Ant.* Sponsus. [38].
*Ps.* Celi enárrant. (*xviij.* [38].)
℣. Exaltáre Dómine. [43].

AS:315; 1520:35r; 1531:190r.[36]

7. Resp. II.




7143.

7143a.

AS:315; 1520:35r; 1531:190r.

8. Resp. I.




7202.

7202a.




*Responsorium feriale.* 9.

AS:316; 1520:35r; 1531:190r.[37]

7217.






*Lectio prima. Legenda* 3. *Job ij.* (: 3.)

DIxit ergo Dóminus ad Sathan, Nunquid considerásti servum meum Job, quod non sit ei símilis in terra : vir simplex et rectus et timens Deum ac recédens a malo, et adhuc rétinens innocéntiam ? Tu autem commovísti me ad versus eum ut afflígerem eum frustra. Respóndens Sathan ait, Pellem pro pelle et cuncta que habet homo dabit pro ánima sua. Alíoquin mitte manum tuam et tange os ejus et carnem : et tunc vidébis quod in fáciem benedícat tibi.

*Lectio ij.* (*Job ij.* : 6.)

DIxit ergo Dóminus ad Sathan, Ecce in manu tua est : verúntamen ánimam illíus serva. Egréssus ígitur Sathan a fácie Dómini : percússit Job úlcere péssimo, a planta pedis usque ad vérticem ejus. Qui testa sániem radébat : sedens in sterquilínio. Dixit autem illi uxor sua, Adhuc tu pérmanes in simplicitáte tua ? Bénedic Deo et morére. Qui ait ad illam, Quasi una de stultis muliéribus locúta es. Si bona suscépimus de manu Dómini, mala autem quare non sustineámus ?

In ómnibus his non peccávit Job lábiis suis.

*Lectio iij.* (*Job ij.* : 11.)

IGitur audiéntes tres amíci Job omne malum quod accidísset ei : venérunt sínguli de loco suo, Eliphat Themanítes, et Baldad Súites, et Sophar Naamathítes. Condíxerant enim sibi : ut páriter veniéntes visitárent eum, et consolaréntur. Cumque elevássent procul óculos suos non cognovérunt eum, et exclamántes ploravérunt. Scissísque véstibus sparsérunt púlverem super caput suum in celum : et sedérunt cum eo in terra septem diébus et septem nóctibus. Et nemo loquebátur ei verbum. Vidébant enim dolórem esse veheméntem. Tu autem.

*Lectio prima. Legenda* 4. *Job iij. sed legatur per ordinem.*

POst hec apéruit Job os suum, et maledíxit diéi suo et locútus est, Péreat dies in qua natus sum : et nox in qua dictum est, concéptus est homo. Dies illa vertátur in ténebras. Non requírat eum Deus désuper, et non sit in recordatiónem : et non illustrétur lúmine. Obscúrent eum ténebre et umbra mortis. Occupet eum calígo et involvátur amaritúdine. Noctem illam tenebrósus turbo possídeat. Non computétur in diébus anni : nec numerétur in ménsibus.

*Lectio ij.* (*Job iij.* : 7.)

SIt nox illa solitária : nec laudo digna. Maledícant ei qui maledícunt diéi : qui paráti sunt suscitáre levíathan. Obtenebréntur stelle calígine ejus. Expéctet lucem et non vídeat, nec ortum surgéntis auróre : quia non conclúsit óstia ventris qui portávit me, nec ábstulit mala ab óculis meis. Quare non in vulva mórtuus sum, egréssus ex útero non statim périi ? Cur excéptus génibus ? Cur lactátus ubéribus ?

*Lectio tertia.* (*Job iij.* : 13.)

NUnc enim dórmiens silérem, et somno meo requiéscerem, cum régibus et consúlibus terre, qui edíficant sibi solitúdines : aut cum princípibus qui póssident aurum, et replent domos suas argénto. Aut sicut abortívum abscónditum non subsísterem : vel qui concépti non vidérunt lucem. Ibi ímpii cessavérunt a tumúltu, et ibi requievérunt fessi

robóre, et quondam vincti páriter : sine moléstia. Non exaudiérunt vocem exactóris. Tu autem Dómine.

*Lectio prima. Legenda* 5. (*Job iij.* : 19.)

PArvus et magnus ibi sunt : et servus liber a dómino suo. Quare data est mísero lux, et
[190v.] vita his qui in amaritúdino ánime sunt, qui expéctant mortem et non venit quasi effodiéntes thesáurum, gaudéntque veheménter cum invénerint sepúlchrum viro cujus abscóndita est via, et circúndedit eum Deus ténebris. Antequam cómedam suspíro, et quasi inundántis aque sic rugítus meus : quia timor quem timébam evénit michi, et quod verébar accídit. Nonne dissimulávi ? Nonne sílui ? Nonne quiévi ? Et venit super me indignátio. Tu autem Dómine.

*Lectio secunda. Job iv.* (: 1.)

REspóndens Eliphad Themanítes : dixit, Si cepérimus loqui tibi : fórsitan moléste accípies. Sed concéptum sermónem tenére quis póterit ? Ecce docuísti plúrimos, et manus lassas roborásti. Vacillántes confirmavérunt sermónes tui : et génua treméntia confortásti. Nunc autem venit super te plaga, et defecísti : tétigit te, et turbátus es. Ubi est timor tuus, fortitúde tua, patiéntia tua, et perféctio viárum tuárum ?

*Lectio iij.* (*Job iv.* : 7.)

REcordáre obsécro te, quis unquam ínnocens périit, aut quando recti deléti sunt ? Quin pótius vidi eos qui operántur iniquitátem et séminant dolóres et metunt eos : flante Deo perísse, et spíritu ire ejus esse consúmptos. Rugítus leónis et vox leéne : et dentes catulórum leónum contríti sunt. Tigris périit eo quod non háberet predam : et cátuli leónis dissipáti sunt. Porro ad me dictum est verbum abscónditum : et quasi furtíve suscépit auris mea venas susúrrii[38] ejus.

*Lectio j. Legenda* 6. (*Job iv.* : 13.)

IN horróre visiónis noctúrne quando solet sopor occupáre hómines, pavor ténuit me et tremor : et ómnia ossa mea pertérrita sunt. Et cum spíritus me presénte transíret : inhorruérunt pili carnis

mee. Stetit quidam cujus non agnoscébam vultum, ymágo coram óculis meis : et vocem quasi aure lenis audívi. Nunquid homo Dei comparatióne justificábitur, aut factóre suo púrior erit vir ? Ecce qui sérviunt ei non sunt stábiles : et in ángelis suis réperit pravitátem. Quanto magis hii qui hábitant domos lúteas, qui terrénum habent fundaméntum, consuméntur velut a tínea ? De mane usque ad vésperam succidéntur : et quia nullus intélligit, in etérnum péribunt. Qui autem relíqui fúerint : auferéntur ex eis. Moriéntur et non in sapiéntia.

*Lectio secunda. Job v.*

Voca ergo si est qui tibi respóndeat : et ad áliquem sanctórum convértere. Virum stultum interfícit iracúndia : et párvulum occídit invídia. Ego vidi stultum firma radíce : et maledíxi pulchritúdini ejus statim. Longe fient fílii ejus a salúte : et conteréntur in porta, et non erit qui erípiat. Cujus messem famélicus cómedet, et ipsum rápiet armátus : et bibent sitiéntes divítias ejus.

Respóndens autem Job dixit, *Job vj.* Utinam appenderéntur peccáta mea quibus iram mérui : et calámitas quam pátior in státera. Tu autem Dómine.

*Lectio tertia.* (*Job vj.* : 3.)

Quasi aréna maris hec grávior apparéret. Unde et verba mea dolóre sunt plena. Quia sagítte Dómini in me sunt : quarum indignátio ebíbit spíritum meum, et terróres Dómini mílitant contra me. Nunquid rúgiet ónager cum habúerit herbam ? Aut múgiet bos cum ante presépe plenum stéterit ? Aut póterit cómedi insúlsum quod non est sale cónditum ? Aut potest áliquis gustáre, quod gustátum affert mortem ? Que prius tángere nolébat ánima mea : nunc pre angústia cibi mei sunt. Tu autem Dómine.

*Lectio prima. Legenda* 7. (*Job vj.* : 8.)

Quis det ut véniat petítio mea, et quod expécto tríbuat michi Deus ? Qui cepit ipse me cónterat : solvat manum suam et succídat me. Et hec michi sit consolátio : ut afflígens me dolóre non parcat. Nec contradícam sermónibus Sancti. Que est enim fortitúde mea

ut sustíneam ? Aut quis finis meus ut patiénter agam ? Nec fortitúdo lápidum fortitúdo mea : nec caro mea énea est. Ecce non est auxílium michi in me : necessárii quoque mei recessérunt a me. Qui tollit ab amíco suo misericórdiam : timórem Dómini derelínquit. Fratres mei preteriérunt me : sicut torrens qui raptim transit in convállibus. Tu autem.

*Lectio ij.* (*Job vj.* : 16.)

[191r.] QUi timent pruínam : írruet super eos nix. Témpore quo fúerint dissipáti péribunt : et ut incalúerit, solvéntur de loco suo. Involúte sunt sémite gréssuum eórum. Ambulábunt in vácuum, et péribunt. Consideráte sémitas Theman, itínera Saba : et expectáte paulísper. Confúsi sunt : quia sperávi. Venérunt quoque usque ad me : et pudóre coopérti sunt. Nunc venístis, et modo vidéntes plagam meam timétis. Tu autem.

*Lectio iij.* (*Job vj.* : 22.)

NUunquid dixi, afférte michi et de substántia vestra donáte michi vel liberáte me de manu hostis, et de manu robustórum erúite me ? Docéte me et ego tacébo : et si quid forte ignorávi, instrúite me. Quare detraxístis sermónibus veritátis, cum e vobis nullus sit qui possit argúere me ? Ad increpándum tantum elóquia concinnátis : et in ventum verba profértis. Super pupíllum irrúitis : et subvértere nitímini amícum vestrum. Verúntamen quod cepístis : expléte. Prebéte aurem et vidéte an méntiar.

❡ *Ferialis lectio j. Legenda* 8. (*Job vj.* : 29.)

REspondéte obsécro absque contentióne, et loquéntes id quod justum est judicáte : et non inveniétis in lingua mea iniquitátem, nec in fáucibus meis stultítia personábit.

*Job vij.* Milítia est vita hóminis super terram : et sicut dies mercennárii dies ejus. Sicut servus desíderat umbram, et sicut mercennárius prestolátur finem óperis sui : sic et ego hábui menses vácuos, et noctes laboriósas enumerávi michi. Si dormiéro dicam, Quando consúrgam ? Et rursum expectábo vésperam : et replébor dolóribus usque ad ténebras. Tu autem Dómine [miserére nostri].

*Lectio secunda.* (*Job vij.* : 5.)

INdúta est caro mea putrédine : et sórdibus púlveris. Cutis mea áruit : et contrácta est. Dies mei velócius transiérunt, quam a texénte tela succíditur : et consúmpti sunt absque ulla spe.

Respóndens Baldad Súites dixit, Usquequo loquéris tália, et spíritus múltiplex sermónis oris tui. Tu autem Dómine [miserére nostri]. *Job viij.*

*Lectio tertia.* (*Job viij.* : 3.)

NUnquid Deus supplántat judícium et Omnípotens subvértit quod justum est ? Etiam si fílii tui peccavérunt ei et dimísit eos in manu iniquitátis sue : tu tamen si dilúculo surréxeris ad Deum et Omnipoténtem fúeris deprecátus, si mundus et rectus incésseris, statim evigilábit ad te, et pacátum reddet habitáculum justície tue in tantum, ut si prióra tua fúerint parva, et novíssima tua multiplicéntur nimis. Tu autem Dómine.

## Notes, pages 1820-1842.

[1] '*secundo*' Chevallon. [SB:mcclxxii.]
[2] 1520:32r.
[3] SB:mcclxxiii.
[4] SB:mcclxxv.
[5] SB:mcclxxv.
[6] SB:mcclxxv.
[7] SB:mcclxxv.
[8] SB:mcclxxv.
[9] SB:mcclxxv.
[10] SB:mcclxxv.
[11] SB:mcclxxv.
[12] SB:mcclxxv.
[13] SB:mcclxxv.
[14] 1520:32r. adds 'et missa de sancta Sabina in capitulo dicitur. Ad altam missam memoria de dominica et de Trinitate.'
[15] SB:mcclxxv.
[16] SB:mcclxxv.
[17] SB:mcclxxvii.
[18] SB:mcclxxvii.
[19] SB:mcclxxvii.
[20] SB:mcclxxvii.
[21] SB:mcclxxvii.
[22] SB:mcclxxvii.
[23] 1520:32v; SB:mcclxxvii.
[24] 1520:32v; SB:mcclxxvii.
[25] SB:mcclxxvii.
[26] SB:mcclxxvii.
[27] SB:mcclxxix.
[28] SB:mcclxxix.
[29] 1520:32v.
[30] In 1520:32v. 'contra' is set D.D.
[31] '*v.*', 1520:33r.
[32] In 1520:33r. 'factum' ends on low C, clearly an error, as it differs from the guide.
[33] 1531:189v. has 'inundántis'. In AS:313. 'equitátem' is set CDCCB.CD.D.D.
[34] AS:314. has no flat at 'detraxístis'. In AS:314. 'mercennárii' is set A.A.A.AG.AG. In 1520:34r. '†Verúntamen' is set F.GAA.A.FGAAGFEGFEFEDED.
[35] In 1520:34v. 'tenebrósam' is set CD.C.CA.BCBAGABA. 1520:34v. has no flat at 'calígine'.
[36] 'aspíciet', *Vulgate.*

[37] In 1520:35r. 'Nocte' is set thus :




'vestiméntum' ends DEF.FE. 1520:35v. has a flat only at 'factus'. In AS:316. 'custos' begins with A alone.

[38] SB:mcclxxxvii. emends this to 'susúrri' and adds the footnote: 'susúrrij' *Chevallon. non male.* 'susúrri', *Vulgate.*